

27,20

# Jahresbericht

über das

## Königliche Katholische Gymnasium

zu

Braunsberg

in dem Schuljahre 1859—1860,

mit welchem zu der

am 9. und 10. August stattfindenden öffentlichen Prüfung der Schüler  
und Entlassung der Abiturienten

ergebenst einladet

der Direktor der Anstalt

Professor J. J. Braun.



- Inhalt: 1. Wissenschaftliche Abhandlung „de locis quibusdam a Platone et Xenophonte sumtis disputatur.“ Vom Oberlehrer Dr. Saage.  
2. Schulnachrichten. Vom Direktor.

Braunsberg.

Gedruckt bei C. A. Heyne.

9br  
6 (1860)

Landesarchiv

Königliche Preussische Universitätsbibliothek Bonn



STAMPED

in dem ...

...

...

...

...

...

...



...

...

...

...

...

## De locis quibusdam a Platone et Xenophonte sumtis disputatur.

1. Plat. Crito. 44. D. *Αὐτὰ δὲ δῆλα τὰ παρόντα νυνὶ, ὅτι οἱοί τ' εἰσὶν οἱ πολλοὶ οὐ τὰ σμικρότατα τῶν κακῶν ἐξεργάζεσθαι, ἀλλὰ τὰ μέγιστα σχεδόν.*

Quid sibi velit initium hujus loci: *αὐτὰ δὲ δῆλα τὰ παρόντα νυνὶ*, jam ex praecedentibus sine ulla difficultate cognoscere possumus. Grammatica explicatio sola et verborum collocatione et significatione offenditur, neque primo aspectu inveniri potest, qua de causa Plato hanc sibi elegerit vocum obscuritatem, quum res ipsa ne minimae quidem lucis indigeat. Stephanus positione verborum prorsus neglecta *δηλοῖ* recepit pro *δῆλα*, quo concesso locum salvum esse sibi persuasit. Fischerus, quem Schleiermacherus sequitur, adjectivo *δῆλα* activam vindicat significationem, idemque, cur vocabula eum, quem habent, locum obtineant, contemplari dedignatur. Stallbaumius denique in ea orationis parte, quae illis viris doctis non mediocres iniecit scrupulos, nequaquam haesitat, in altera tamen parte genus quoddam *ἀνακολουθίας*, quam vocamus, observasse sibi videtur, transitum quendam ex passiva in activam constructionem, quod Plato pro: *ὅτι ὑπὸ τῶν πολλῶν οὐ τὰ σμικρότατα τῶν κακῶν ἐξεργασμένα ἐστί*, ut verbis majorem vim injiceret, illam, quae in omnibus codicibus legitur, vocularum mutationem facere cogeret, quarum sententiam ex *οἱοί τ' εἰσὶν* suspensam esse vellet.

At verbum *δηλοῖ* codices non suppeditant, adjectivum *δῆλα* activam habere significationem nondum est exploratum, et ista a Stallbaumio perspecta constructionis negligentia fortasse delitescet, si *τὰ παρόντα* loco accusativi, quo Graeci frequentissime utuntur, positum esse statuamus et *δῆλα* pro *δῆλον* (hanc enim formam exspectamus) usurpatum esse judicemus.

Plurativa forma *δῆλα* pro singulari *δῆλον* cum pronomine *ταῦτα*, quod sexcenties unam tantum rem significat (cf. Plat. Apol. 19. D. et Symp. 207 B, ubi *ὑπὲρ τούτων* ad *τοῦ γενομένου* referendum est) conjuncta etiam in hoc dialogo legitur 48. B: *δῆλα δὲ καὶ ταῦτα*, quae verba responsionis instar ad id, quod contradicuntur: *ἀλλὰ μὲν δὴ οἱοί τ' εἰσὶν ἡμᾶς οἱ πολλοὶ ἀποκιννύναι* in medium proferuntur, (cf. Plat. Euthyphr. 4. B, Menex. 234. A, Phaedon. 70. D, Protag. 329. B, 331. E) porro 47. B. et hic quidem sine *ταῦτα*, quod ex vocum complexu suppleri licet, itidem ad significandam unam solitariamque rem (cf. Breitenb. ad Xen. Hier. 1. 16, Anab. IV. 7. 7, Plat. Prot. 309. A). Adjectiva verbalia in *τίος* hunc numerum amare neque poetas hanc licentiam, enallagen numerorum dico, respuere, ex Krügeri gram. gr. II. 44. 8. 9. satis superque cognosci potest.

Quominus *τὰ παρόντα* accusativum, ut ita dicam, materiae promulgemus, nihil impedit. Hanc explicandi rationem non minus recte exprimissee mihi videor in Platonis Phaedone 107. B, ubi legitur: *ἀλλὰ ταῦτά τε εἰ λέγεις, καὶ τὰς ὑποθέσεις τὰς πρώτας, καὶ εἰ πιστὰ ἡμῖν εἰσιν, ὁμῶς ἐπισκεπτέαι σαφέστερον*, quo loco Stallbaumius *ἐπισκεπτέον* aut *ἐπισκεπτέα* mavult, qui propter interjectam conditionem: *καὶ εἰ πιστὰ ἡμῖν εἰσιν*, constructionem in nominativum transiisse i. e. adjectivum *ἐπισκεπτέαι* ad subjectum secundariae enunciationis sese accommodasse dicit.

Idem mihi non satis constat, utrum in Xen. Mem. IV. 5. 7. lectionem Brodaei *σωφροσύνης* an *σωφροσύνην*, quod non minus placet, stabiliam, nam recte vertimus: „was die Besonnenheit betrifft, wer ist ihrer weniger theilhaft als der Unmäßige.“ Ad *προσῆκειν* genitivum, quem desideramus, facile ex *σωφροσύνην* eruemus.\*)

Si igitur illum Platonis locum, quem explicandum sumsimus, pronomine *ταῦτα* reficimus et accusativum *τὰ παρόντα* more Graecorum dictum esse concedimus, haec fit translatio: „Dieses aber gerade (nämlich: daß man sich um das Urtheil der Menge kümmern müsse) ist jetzt in Rücksicht auf die vorliegenden Verhältnisse offenbar, weil die Menge im Stande ist u. s. w. Ex hac verborum explicatione quam maxime elucet, qua potissimum ex causa voculis *αὐτὰ* et *ννί*, quae plurimum valent, primum et ultimum enunciationis locum auctor destinaverit, cui momento etiam forma *ννί* demonstrativo signo amplificata servit, neque minus *δῆλα* locum arripuit suum. Si qui sunt, qui trajectionem adverbii *ννί*, quod hyperbaton non raro invenitur (cf. Xen. Anab. VI. 3. 11) augumentur, ita ut *τὰ παρόντα ννί* pro *τὰ ννί παρόντα* scriptum sit, quin in eandem cum iis sententiam abeam, non modo non recusabo, sed potius huic figurae aptiorem locum vix exquiri posse asseverabo.

Quid Papius denique in suo vocabulorum thesauro sub voce *δῆλος*, ubi illum locum laudat, significare velit verbis: *δῆλα* in hoc Platonis loco absolute positum esse, ut *δῆλον δὲ* apud Thucydidem I. 11, equidem mente capere non possum, licet germanice Thucydidis sententiam reddiderit usus verbis: „Das geht aber aus Folgendem hervor.“

2. Plat. Apol. 19. E. *Τούτων γὰρ ἕκαστος οἷός τ' ἐστὶν ἁπλῶς εἰς ἑκάστην τῶν πόλεων τοὺς νέους, οἷς ἕξεισι τῶν ἐαυτῶν πολιτῶν προῖκα ξυνεῖναι ἢ ἂν βούλωνται, τούτους πείθουσι τὰς ἐκείνων ξυνοσίαις ἀπολιπόντας σφίσι ξυνεῖναι χρήματα διδόντας καὶ χάριν προσειδέναι.*

Quae pronunciantur verba: *οἷς ἕξεισι*, inprimis ordinem constructionis movisse et vocum mutationem creasse videntur, carptim modo iis, quae praecedunt, non enunciato: *οἷός τ' ἐστὶν τοὺς νέους*, sed sententiae: *οἷς ἕξεισι*, accomodalam. Haec manca verborum processio, quamquam sententiae intellectus non vacillat et a Buttmanno gram. gr. §. 151. II. 2. optime praebitus probatusque est, me tamen commovet, ut studiis discipulorum succurram, paucaque addam, ne falsas vias ad explicandas ejus generis constructiones ingrediantur. Infinitas ire non possumus, quum legentes usque ad *τοὺς νέους* processimus ibique substitimus, nos, quo facilius nexum vocularum substruamus, mente addere non sequens verbum *πείθειν*, sed praecedens verbum *παιδεύειν*, et conjunctionem *καὶ*, qua adjuncta recte decurrit ordo vocum, si asyndeton nobis displicet. Hac quidem explicandi ratione nihil profecisse videbimur, at quodammodo orationem incidimus atque in eo sumus, ut sententiam concludamus, et timentes, ne nos in lacunam immergamus, arripimus illud, quod bene in animo tenemus, verbum *παιδεύειν*, quod, quia reticetur, nonnulla addendi occasionem praebet, *χρήματα διδόντας* dico et *προῖκα*, quae sibi opposita uni eodemque verbo *ξυνεῖναι* adjiciuntur. Si ita orbis verborum depingitur, accurate mea sententia vestigia legimus, quae impressit auctor, et, ut ita dicam, iisdem lapidibus, quibus ille usus est, in animis nostris orationem exaedificamus, neque perperam in nobis cogitationem effingimus, auctorem omnibus locis, quos auxilio anacoluthorum explicamus, contra omnes cogitandi leges quasi domo extulisse consilium abrupte loquendi et ubique in sententiis errasse, ubi verborum complexum dereliquisse videatur. Hunc non raro corrigendo sanari opinamur. Sed, ut brevibus dicam, is, qui, quantum fieri potest, illum perturbatum verborum ordinem supplendo restituere conatur, melius percipiendae sententiae consulit, quam qui corrigendo constructionem mutare vult.

\*) Etiam Kühnerus ad Xen. Mem. IV. 7. 5. hoc explicandi genere usus est.

Si autem asyndeton non repudiamus, appositionem, quam epexegetin vocare solemus, facile agnosceremus atque comprobabimus, quae hoc loco enunciati formam induit et sine conjunctione copulativa, quam Germani quoque omittere solent, cum verbo *παιδεύειν* sese conjunxit (cf. Stallb. ad Plat. Charm. 161. E, Phaedon. 61. A, Euthyphr. 8. E, Protag. 335. A, 340. D, 341. A. et Breitenb. ad Xen. Hier. 1. 8).

Facere non possum, quin asyndeti Plat. Criton. 52. A. mentionem faciam: *τούτων οὐδέτερα ποιεῖ*, ubi editoribus nihil aliud nisi abundantiam quandam videre libet. Sed aliter sese res habet, si haec verba ante *οὔτε πείθεται οὔτε πείθει ἡμᾶς* ponimus hoc modo: *οὐδέτερα ποιεῖ οὔτε πείθεται οὔτε πείθει*, quod damnum ne depleamus, illa verba, ut cogitando ad illud *οὔτε — οὔτε* redeamus, cum *τούτων* conjuncta sequuntur. Quae quum ita sint, epexegeta praecurrens hoc asyndeton postulat.

3. Plat. Apol. 23. A. Ἐκ ταυτησὶ δὴ τῆς ἐξετάσεως, ἃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πολλαὶ μὲν ἀπέχθεται μοι γεγονάσι καὶ οἷαι χαλεπώταται καὶ βαρύτεραι, ὥστε πολλὰς διαβολὰς ἀπ' αὐτῶν γεγονέναι, ὄνομα δὲ τοῦτο λέγεσθαι, σοφὸς εἶναι.

Hoc loco decernendum est, utrum *μὲν*, quod adjectivum *πολλαὶ* sequitur, solitarie positum, an conjunctio *δέ*, quae substantivum *ὄνομα* comitatur, illi *μὲν* accommodata sit; utrum infinitivum *λέγεσθαι* cum *ὥστε γεγονέναι* jungere velimus, an dependere dicamus ex *γέγονε*, quod ad *ὄνομα* δὲ τοῦτο ex *ὥστε γεγονέναι* suppleri potest; utrum parvam distinctionem adhibeamus post *ὄνομα* δὲ τοῦτο, an post *λέγεσθαι*. Quomodo nominativus *σοφὸς* ad reliquam constructionem quadret, num infinitivus *εἶναι* ex exuberantia quadam adjectus sit, num *σοφὸς λέγεσθαι* tantum explicatione egeat, hae quoque interrogatiunculae editorum animos sollicitant. Itidem interrogatur, utrum *ὄνομα* δὲ τοῦτο accusativus, et qualis accusativus judicandus sit, an nominativi vicibus fungatur. Harum omnium sententiarum patrocinium susceperunt interpretes.

Non ubique particula *μὲν* comitem sibi adjungit *δέ*, nam partim non est, quod opponatur, e. g. ubi similis est particulae *μήν*, quae cum nostro „freilich“ congruit (cf. Xen. Cyr. II. 1. 4. et Anab. III. 2. 8, quo loco *μὲν* bis in eodem enunciato legitur, et priore quidem loco solitarium) partim aliae particulae e. g. *μέντοι* ejus munus obeunt (Plat. Apol. 20. D: καὶ ἴσως μὲν δόξω τισὶν ὑμῶν παύειν, εἰ μέντοι ἴστε cf. Xen. Anab. III. 2. 8, quo capite *εἰ μὲν — εἰ μέντοι* connectuntur) partim id, quod contrarium est, ut verborum connexus melius perspiciatur, ex rerum compositione arcessendum est, quod aliis locis facile procedit, aliis, iisque non paucis, multis difficultatibus est obstructum.

Permulta obstant, quominus illud Platonis *μὲν* solitarium habeamus, praecipue ejus locus ab initio enunciati quam maxime remotus, nisi contra dicere velimus, Platonem consulto particulam *μὲν* ex vicinitate vocis *δὴ* ablegasse, ne eum alteram sententiam finire, ad alteram, eamque novam, transire voluisse arbitremur, quam significationem particulis conjunctis *μὲν δὴ* Kühnerus in grammatica sua et ad Xen. Mem. I. 2. 62. solam servare studet. Sed melius omnia dignoscemus, si, quid Plato asserere velit, accuratius perpendamus. Ex hoc examine, inquit, quod cum civibus meis feci, duae res ortae sunt, partim multae mihi inimicitiae sunt natae eorum, quos perserutando pupugeram, partim sapientis nomen mihi obtigit apud eos, qui disputationibus interfuerunt, quum in iis ipsis rebus, quas exploro, me sapientem esse pro certo habeant. De utraque re progrediente oratione uberius disputare non in animum induxit Plato, tamen nactus est causam et huic et illi sententiae aliquid addendi et quidem priori: ex illis inimiciis falsas criminationes sibi emersisse, alteri: responsum Apollinis non recte ab hominibus intelligi. Quo modo si hunc locum interpretemur, non recusare poterimus, quin post pronomen *τοῦτο* verbum quoddam deesse dicamus, quam lacunam forma *γέγονε* ex *γεγονάσι* repetita expleri facile feremus. Sic sexcenties, interdum plura verba, in uno eodemque vocum ambitu desiderantur. (cf. Plat. Criton. 50. E. sq.).

Si autem δὲ solitarium esse ducimus, hunc quidem particulae usum ita explicare possumus, ut post ὥστε πολλάς conjunctionem μὲν omissam ideoque subaudiendam esse statuamus (cf. Plat. Apol. 18. D.) sed tum iudicio, quod nemo defendit, patrocinabimur, Socrati ex inimicitis hoc nomen sapientis obvenisse non suffragantibus neque hujus loci verbis neque factis, quae ex Platonis Apol. 21. A. satis nota sunt.

Antequam meam de isto loquendi genere λέγεσθαι σοφός εἶναι sententiam fero, in iudiciis interpretum supra enumeratis pluribus verbis commorabor.

Stallbaumius σοφός εἶναι et ὄνομα δὲ λέγεσθαι arto vinculo conjuncta et modo appositionis sive ἐπεξηγήσεως consociata esse dicit, et quum non σοφός sed σοφὸν εἶναι exspectet, inaequalitatem, quod anacoluthon nominare solemus, his verbis inesse persuasum habet, eamque ita explanat, ut constructioni disturbatae auxilium ferat praecedentibus verbis in hanc formam reductis: ἐκ ταυτησὶ δὴ ἐξειπάσεως-ξυνέβη s. ἐτυχε τοῦτο τὸ ὄνομα λέγεσθαι. Ex prima igitur explicationis parte et ex interpungendi modo (minimum enim signum infinitivum λέγεσθαι sequitur) conicere licet, Stallbaumium λέγεσθαι cum ὥστε cogitatione copulare et τοῦτο τὸ ὄνομα subjectum accusativi cum infinitivo esse velle. Hunc ex ξυνέβη, quod verbum ex infinitivo γεγονέναι arcessit, suspensum facit, ut casum, quem non praestolatur, nominativum σοφός, interpretetur, qui eodem modo ut illa appositio, τοῦτο ὄνομα λέγεσθαι, aptus est ex ξυνέβη; sed quum σοφός εἶναι non idem, quod ξυνέβη, habeat subjectum, hunc explicandi modum merito explodemus.

Engelhardtus ὄνομα δὲ τοῦτο λέγεσθαι εἶναι sine ullo distinctionis signo scribit et primum ex hac verborum conjunctione infinitivum εἶναι remove studet, qui per pleonasmum cum verbis nominandi saepe societatem init (cf. Plat. Lach. 192. A, Protag. 317. C, 341. E: Σοφιστήν δὴ τοὶ ὀνομάζουσι γε, ὃ Σώκρατες, τὸν ἄνδρα εἶναι, ἔφη). Idem ὄνομα δὲ τοῦτο nominativum esse cernit et adjectivum σοφός appositum; praeterea σοφός λέγεσθαι solum cum ὥστε conjunctionem habere errat, itaque nominativum se recte interpretatum esse cogitat, quod, si sensum non formam spectemus, quae praecedunt, et quae sequuntur idem habeant subjectum. Qui anacoluthon malit, is hujus inaequalitatis originem ex iisdem, quibus ipse, fontibus exhauriat, necesse esse confirmat. Haec interpretationis ratio regulis grammaticis ludit, easque susque deque habet, neque efficit, ut melius accuratiusque, cur a regulis grammaticis recesserit Plato, causam mente complectamur.

Etiam Matthiaeus in gram. gr. §. 420. A. 2. 6. signum interpunctionis post λέγεσθαι facit et hoc dialogi loco utitur ad probandam eam regulam, qua docemur, ad verba nominandi praeter accusativum praedicativum, si ejus vicem pronomen neutrius generis implet, substantivum ὄνομα ex ubertate quadam accedere. De industria noto, Matthiaeum hoc exemplum cum conjunctione ὥστε typis excudendum dedisse, quod aliter facere non potuit, si, quod dedit interpretamentum, fulcire vellet.

At substantivum ὄνομα, ut Homericum ἐπικλήσιν, quod II. 7. 138. cum κίχλησκον et II. 22. 506. cum καλέουσιν conjunctum, contra II. 6. 177. verbo deficiente legitur, iis accusativis annumerare possumus, quibus nomen est Graecis; qua explicatione probata λέγεσθαι solum appositioni, quam ἐπεξηγήσιν nominamus, restat. Infinitivus hoc modo cum τοῦτο sociatus tibi occurrit volventi Platonis Apol. 18. A, 35. C, 39. A, Criton. 46. A, Charm. 166. D, Phaedon. 70. C, Lach. 180. B. et Xenoph. Ages. I. 8, Anab. V. 6. 2 et plurimis aliis locis. Ut tandem enunciati interpretationem ad finem adducamus, nihil desideratur, nisi quod iterum ob oculos vertimus, quid Socrates exprimere velit, i. e., ut brevibus verbis complectamur, primum: perveni in invidiam, alterum: sapientis nomen mihi est inditum. Illud redigit in formam: πολλαὶ ἀπέχθαι μοι γέγονασι, quod idem valet atque ἀπεχθῆς γέγονα et alterum, σοφός εἶναι ἐλεγόμην verbo omissio formae illius enunciati accommodatur, ad quam expoliendam opus est substantivo, cui officio satisfacit pronomen τοῦτο. Sed hoc rerum inane est et tanquam vanum. Quamobrem ex enunciato: σοφός εἶναι ἐλεγόμην, infinitivus λέγεσθαι, ut ἐπεξηγήσεως partes agat, subvenit non mutatis verbis σοφός εἶναι, quem nominativum cum infinitivo loci argumentum tuetur: τοῦτο γέγονε, ὥστε σοφός εἶναι ἐλεγόμην vel λέγεσθαι (cf. Krügeri gram. gr. II. 50. 7. 6: προσείληφε τὴν τῶν πονηρῶν κοινὴν ἐπιωνυμίαν συκοφάντην, quo loco non aliter nominativum defendere potes, nisi, ut Krügerus vult, προσείληφε τὴν ἐπιωνυμίαν pro ἐκλήθη dictum esse probas). Si nominativum σοφός, id quod

grammatica postulat, in accusativum mutaremus, Socrates orationi suae minus faceret audientiam, qui nunc parvo hoc auxilio, nominativo, sibi studia discipulorum et eorum, qui dialogum legunt, conciliat atque devincit. Nam si accusativum σοφὸν praeoptasset, fortasse alium quendam animo complexi essent aut σοφὸν ad substantivum ὄνομα retulissent discipuli, quum Graeci pronunciantes verba nominandi infinitivum εἶναι, in quo sententia non nititur, animo missum facere consueverint, quae verbi abjectio ordine, quem servat εἶναι (sequitur enim adjectivum σοφός) non arcetur. Itaque vertamus: und was den Namen betrifft, so widerfuhr mir dieses, daß von mir gesagt wurde, ich sei weise. Ex quo fit, ut distinctionis signum post τοῦτο ponendum sit, ut articulum excludamus et τοῦτο τὸ ὄνομα, cui nonnulli argumentis fidem facere student, ab hoc loco alienum sit.

4. Xen. Cyr. I. 6. 5. *Τί γὰρ, ἔφη, ὃ παῖ; μέμνησαι ἐκεῖνα, ἃ ποτε ἐδόκει ἡμῖν, ὡς, ἅπερ δεδώκασιν οἱ θεοὶ, μαθόντας ἀνθρώπους βέλτιον πράσσειν ἢ ἀνεπιστήμονας αὐτῶν ὄντας, καὶ ἐργαζομένους μᾶλλον ἀντίειν ἢ ἀργοῦντας, καὶ ἐπιμελομένους ἀσφαλέστερον ἂν διάγειν ἢ ἀφυλακτιοῦντας τούτων, παρέχοντας οὖν τοιοῦτους ἑαυτοῦς ὄλους δεῖ, οὕτως ἡμῖν ἐδόκει δεῖν καὶ αἰτεῖσθαι τὰγαθὰ παρὰ τῶν θεῶν;*

Hoc loco Hertlingius in editione sua, ut ita dicam, prandium nobis apposuit, quo vix frui possumus, quia corrigendo atque mutando scriptori auxiliari voluit. Ut particulam ὡς tueatur, ἐδόκει δεῖν exstinguit, ejusque loco δεῖ accipit et quoniam omnia, quae inter ὡς et δεῖ inserta sunt, nihil aliud, quam subjectum esse possint sequentis infinitivi αἰτεῖσθαι, haec videlicet ei, quam sibi finxit, verborum complexioni parere debent. Etsi, quod vult, ex grammatica fieri potest, ut pronomem ἅπερ objectum participiorum μαθόντας, ἐργαζομένους et ἐπιμελομένους, et μαθόντας ἀνθρώπους βέλτιον πράττειν et ἐργαζομένους ἀντίειν et ἐπιμελομένους διάγειν accusativi cum infinitivis esse possint suspensi ex verbo δεδώκασιν, tamen impedit pronomem ἅπερ omni notione destitutum (nam equidem nescio, quid illa interpretandi ratione probata significet) et illa tria post ἢ praecedentibus adaptata participia: ὄντας, ἀργοῦντας et ἀφυλακτιοῦντας, quae ne minimam quidem ei curam afferunt, quominus eruamus, quid Cambyses et cum eo Hertlingius senserint, praesertim quum alias Xenophon orationis nitore maximam operam navare soleat.

Ego quidem Bornemannii explicatione hujus loci et Matthiaei gram. §. 539 A. 1. acquiesco, sed ubi incipit eorum anacoluthon i. e. ante παρέχοντας οὖν, ibi supplendo iterare cupio verba: μέμνησαι ὡς. Particula οὖν enim, quae proximam participio παρέχοντας sedem obtinet, ex verborum complexu elabi nos velat et παρέχοντας, quod in locum trium participiorum succedit (nam μαθόντας, ἐργαζομένους et ἐπιμελομένους, ἐπεξηγήσεως loco participio παρέχοντας praecedunt) sententiam auctoris, quae denuo adverbio οὕτως confirmatur, pedetentim sequi jubet. Quamobrem equidem Hertlingio unquam me suffragaturum esse nego, sed nihil aliud, quam quod invenio, ἐδόκει δεῖν exspecto, quia prius ὡς ex abundantia quadam accusativum cum infinitivo assectari, alterum, quod simul cum μέμνησαι nobis arrisit, indicativo associari censeo. \*) Meo igitur iudicio Cambyses tanquam summam eorum, quae antea ex disputationibus cum filio habitis, collecta sunt, revera has quatuor partes commemorat, dicens: nobis expeditum videbatur homines quibusdam conditionibus primum beatiores esse, deinde tutius vivere, tum plus efficere, denique (id quod in eo, quod nunc habent, colloquio est maximum, et plurimum refert admoneri, dum de hominum cum diis agunt consuetudine) deos bona praecari licere, sed iisdem conditionibus, quae antea jam commemoratae sunt. Transferre igitur hoc modo libet: erinnere dich daran, was uns einst richtig schien, daß die Menschen, wenn sie lernen, was die Götter (zu lernen) verließen haben, glücklicher sind,

\*) Duae constructiones in unam a Platone conflatae sunt in Menex. 244. D, ubi ἵσμεν primum cum particula ὡς, deinde cum accusativo καὶ τό γε θεϊότατον πάντων coit, ita ut anacolutho a Stallbaumio defenso non opus sit. (cf. Plat. Lach. 184. B).

als wenn sie damit unbekannt sind, daß sie, wenn sie arbeiten, mehr erwirken, als wenn sie unthätig sind, und daß sie sicherer leben, wenn sie sich um jenes kümmern, als wenn sie um dasselbe unbesorgt sind, (also um auf die Hauptsache zu kommen, erinnerst du dich daran) daß es uns richtig schien, daß die Menschen, wenn sie sich so geben, wie sie sein sollen, auch (nur dann) die Götter um Gutes bitten dürfen? sive ut sententia primaria brevius praecidatur: daß (endlich), wenn also die Menschen so sich geben, wie sie sich geben sollen, (erinnerst du dich daran, daß es uns so richtig schien?) sie die Götter auch um Gutes bitten dürfen? Qua translatione si sententiam Cambysis recte divinavi, nihil impedit, quominus ad alteram interpretationem confugiamus. Facile enim omnem anacoluthiam transiliemus, si verba οὕτως ἡμῖν ἐδόκει uncinis includamus, qua re ordo verborum tanquam ad normam directus grammaticorum praescripta nec violat nec pervertit, nam hac mutatione non contempta infinitivus δεῖν particulam ὡς in initio enunciati respicit. Pro: erinnerst du dich, daß es uns so richtig schien, in versionem referre licet uncinis inclusum: so schien es uns. Haec vocum perceptio cum Xenophontis simplici scribendi genere magis convenire mihi videtur.

5. Plat. Euthyphr. 4. D. Ταῦτα δὴ οὐκ ἀγανάκτει ὁ τε πατήρ καὶ οἱ ἄλλοι οἰκεῖοι, ὅτι ἐγὼ ὑπὲρ τοῦ ἀνδροφόνου τῷ πατρὶ φόνου ἐπεξέροχομαι, οὔτε ἀποκτείναντι, ὡς φασιν ἐκεῖνοι, οὔτε εἰ ὁ, τι μάλιστα ἀποκτείνεις, ἀνδροφόνου γε ὄντος τοῦ ἀποθανόντος, οὐ δεῖν φροντίζειν ὑπὲρ τοῦ τοιούτου.

Etiam hoc loco omnes evitabimus difficultates, si quod verbum excidisse comprobabimus, quam negligentiam Engelhardtus, qui postulat, ut pro infinitivo δεῖν dativus alterius participii per analogiam praeceunti ἀποκτείναντι adjungatur, gratam nominare et Stallbaumius eo, quod οὔτε ἀποκτείναντι in formam οὔτε ἀποκτείνειν φάσκοντες redigit, sanare non dubitat. Equidem libenter ex interpositis verbis: ὡς φασὶ ἐκεῖνοι, post alterum οὔτε iterum φασὶ interserere decrevi, ut Germanorum: auch dürfte man nicht, sagen sie, ita ut infinitivus ab illo verbo quasi feratur (cf. Matth. gram. §. 539. A. 2.).

Porro a Stallbaumio ad Platonis Cratylum 398. E. planum est factum, post negativum οὐδὲ repeti interdum οὐ ante verbum. Alterutrum ergo abundat. Priorem negationem si abundare ponamus, notionem vernaculi „auch“ facile nobis comparare possumus, si οὔτε in οὐδὲ corrigamus, quod, ut faciamus, exempla a Bremio ad Aesch. adv. Ctesiph. 78. admonere videntur et quae a Pappo in vocum thesauro sub voce οὐδὲ laudantur anacolutha, huic negativo etiam alias adjudicata.

6. Xen. Mem. I. 4. 8. Σὺ δὲ σπαντὸν δοκεῖς τι φρόνιμον ἔχειν; — Ἐρώτα γοῦν καὶ ἀποκρινούμαι.

Interpretes etiam hoc loco multa negotia sibi contraxerunt. Kühnerus ex accusativo σπαντὸν subjectum accusativi cum infinitivo extorquet, ejusque usum partim antithesi partim convenientia subjectorum satis munitum esse censet et quae mox sequuntur: σὲ εὐτυχῶς πως δοκεῖς συναρπάσαι, similia esse iis, quae praecedunt: σπαντὸν φρόνιμον εἶναι, pro certo habet, sed neque antithesin certa nota insignit neque nobiscum communicat, qua de causa illo loco σπαντὸν exigatur, hoc loco σὲ antithesi sufficiat. Tum se exercet Kühnerus enodans responsum, quod ab Aristodemo Socrati, illud interroganti, redditur et viros perquam eruditos laudat, qui illa verba prorsus delerunt et alios, qui ea virili animo defenderunt. Ipse eam, quae sine dubio a Xenophonte profecta sit, lectionem servare neque negare vult, ordinem sententiarum ab Aristodemo non mediocriter esse deturbatum. Itaque illum hoc dicto sibi cavere voluisse censet, ne Socratis verba affirmare videretur, ut nos dicere solemus: fahre nur fort, und ich will dir antworten. Idem conjicit Weiskius. Alio modo Langius de hac re disputat et Aristodemum dicere in animo habuisse putat haec: interroga modo, et ex eo, quod dicturus sum, mox cognosces, aliquam in me esse rationem (φρόνιμόν τι). Etiam Zeunius Socratem facit dicentem: puta id, quod tu quaeris, me affirmasse, nunc, ut tu facere

consuevisti, interrogare perge; ego ad respondendum paratus sum. Quae explicatio ad veritatem proxime accedere videtur, tamen justo plus verbis tribuit.

Socrates hactenus disputaverat de corpore nostro tam perfecte instructo, ut aliquod numen esse sapientia praeditum, vix negare possimus, cui sententiae applaudit Aristodemus. Idem facere non potest, quin assentiatur, quaedam studia atque libidines cujusdam auctoris jussu hominibus inesse, qui animantes gigni magna cum benevolentia molitus sit. Ab hoc exordio in universum dicto Socrates ad unum Aristodemum, qui magna cum arrogantia nullum omnino esse deum affirmat, non interrogando sed asseverando se vertit dicens: *σὸ δὲ σαντὸν δοκεῖς τι φρόνιμον ἔχειν*. Hujus mutationis, in quam inde decurrit Socratis oratio, index est et conjunctio *δὲ* et, quod primum sententiae locum obtinet, pronomen *σὺ*. Quin etiam reflexivum *σαντὸν* in hoc loco consulto positum, quem accusativum graecum declaro, idem spectat, ita ut interrogationis signo absterso vertam: *Dir aber, was dich selbst betrifft, glaubst etwas Vernünftiges zu besitzen*. Aristodemus, qui neque sono neque forma enunciati ad respondendum, ut antea fiebat, incitatur, loqui cunctatur, sed quum Socrates aliquamdiu, postquam illa verba fecit, in loquendo insistat, Aristodemus aliquid pronuciare cogitur, et neque negans neque professus, sibi rationem inesse, haec fere dicit: nescio, quid tibi cum isto *φρόνιμον* velis, de quo, quum, ut antea, interrogaveris, tibi respondebo. Et Socrates quaestionem proponit: estne nusquam alibi aliquid mente praeditum? . . .

Multa igitur nos impellere videntur, ut locum citatum sic, ut dixi, interpretemur. Quamobrem nobis non in mentem venire potest, ea, quae Aristodemo tribuuntur, delere. Ceterum ordinem hoc dicto perturbatum esse, nunquam fatemur neque eum corrigendo emendare conamur. Tandem alteri loco, quem Kühnerus confert, aperte contrarium aliquid inhaeret, quo pronomen *σέ*, quanquam utraque dictio idem subjectum habet, fulcitur ejusque positio rata fit.

7. Xen. Mem. I. 4. 11. *Ἐπειτ' οὐκ οἶει φροντίζειν; οὐ πρῶτον μὲν μόνον τῶν ζώων ἄνθρωπον δοθὲν ἀνέστησαν ἢ δὲ δοθότις καὶ προσορᾶν πλεῖον ποιεῖ δύνασθαι καὶ τὰ ὑπερθεῖν μᾶλλον θεῶσθαι καὶ ἥττον κακοπαθεῖν \* οἷς \* καὶ ὄψιν καὶ ἀκοήν καὶ στόμα ἐνεποίησαν.*

Sic Kühnerus legit. Idem in annotationibus ad hunc locum editorum interpretationes comportat, qui mirum in modum inter se dissident. Plurimi, inter hos Dindorfius et Langius, exstinguunt verba ab *οἷς* usque ad finem, quod sensus videndi, audiendi et gustandi non solis hominibus, sed omnibus animantibus obtigerit, et hoc loco ea sola, quibus homines ab animalibus differant, memorandi occasio detur. Coraëus unum verbum *ἐνεποίησαν* expellit et Kühneri conjecturam *οἷς* repudiat. Weiskius aliquid addere vult, quod, ut mox videbimus, adest, etiam Heindorfius aliquid desiderat, qua de causa adverbium *ἄνω* et verbum simplex *ἐποίησαν* huic loco inserere et numerum sensuum olfactu augere molitur. Bornemannus tandem formam *ἄνωθεν* Heindorfico *ἄνω* praefert. Quae explicationes nulla excepta Kühnero displicent, qui, quum exitum ullum videre nequeat, conjecturam *οἷς* quidem adamat, sed sub fine notae suae enunciare non moratur, se explicationem quamcunque sibi ipsi mediocriter probatam tentasse, quod neque ex contextu aliquid eliminare neque locum corrigere velit.

Locus ita restituendus est:

*Ἐπειτ' οὐκ οἶει φροντίζειν, οὐ πρῶτον μὲν μόνον τῶν ζώων ἄνθρωπον δοθὲν ἀνέστησαν (ἢ δὲ δοθότις καὶ προσορᾶν πλεῖον ποιεῖ δύνασθαι) καὶ τὰ ὑπερθεῖν μᾶλλον θεῶσθαι καὶ ἥττον κακοπαθεῖν καὶ ὄψιν καὶ ἀκοήν καὶ στόμα ἐνεποίησαν;*

ergo sic, ut codices eum habent, tamen uncas, \*) quibus usus sum, nisi omnia evertere velimus, servare et eadem, quae adhibui, distinctionis signa diligenter tueri cogimur. Verte: Und da denkst

\*) Sic locus Xen. Oec. 7. 37. nihil molesti habet, si verba *τούτων σοι ἐπιμελητέον* uncinis circumdamus et post secundum uncinum iterum apud animum repetimus: *σοὶ ἐπιμελητέον*.

du, daß sie sich nicht (um die Menschen) kümmern, sie, die erstens den Menschen allein unter den lebenden Wesen aufrecht hinstellten [es bewirkt aber die aufrechte Stellung, daß sie auch (außer andern Vorteilen) weiter vor sich sehen (mehr Vorsorge haben können)] und die damit (mit der aufrechten Stellung) das verbanden, daß die oben stehenden Glieder (Sinne) besser schauen (wahrnehmen) und weniger Schaden erleiden sowohl Gesicht als Gehör als auch der Mund?

Adverbium *ὑπερθεν* saepe de superioribus corporis membris usurpari satis notum est ex Homeri carminibus (cf. II. 2. 218), neque dubitationem habet, quin etiam hoc loco sic sumendum sit. Quod autem cum eo non verbum, quod universam sentiendi notionem habet, sed singulare verbum videndi, *θεᾶσθαι*, conjunctum est, ex verbo uncis incluso *προορᾶν*, quod scriptori ante oculos obversabatur, ejusque animo alte erat impressum, nascebatur; praeterea id inprimis agebat Xenophon, ut sensui oculorum primum reservaret locum, quod rectum esse, extrema pars hujus sententiae, ubi sensus videndi itidem primum tenet locum, omnino nobis persuadebit. — Quae uncum sequitur conjunctio *καί*, sine dubio aoristos *ἀνέστησαν* et *ἐνεποίησαν* copulat, et verbum *ἐνεποίησαν* cum accusativo cum infinitivo sociari non plus a grammaticae regulis abhorret, quam societas cum conjunctione *ὡς* inita, quam legimus Xen. Anab. II. 6. 8: *ἰκανὸς δὲ καὶ ἐμποιεῖται, ὡς πιστότεον εἶη Κλεάρχῳ*. Dativus, quem desideramus, ex praecedentibus, ut in versione indicavi, eliciendus est. Restat, ut denotem, verbum *προορᾶν* et sub sensus cadere et ad animum transferri, idque non in imo gradu collocatum esse virtutum, quibus homo ceteris animantibus praecellat. Quamobrem scriptoris observatio uncis inclusa suo loco posita esse videtur et particula *καί*, quae additur, plus momenti habet, quia etiam virtutes animi in memoriam revocat, de quibus infra sermo est.

S. Plat. Apol. 28. D. *Ὁδ' ἄν τις ἐαυτὸν τάξει ἢ ἡγησάμενος βέλτιον εἶναι ἢ ὑπ' ἄρχοντος ταχθῆι*.

Hujus loci particula *ἢ* probrosis sermonibus ab editoribus eludebatur. Supervacanea esse neque ullam habere efficacitatem videbatur. Quamquam neque ex librariorum mendo in textum emanasse doceri poterat, et ab optimis codicibus defendebatur, tamen locum deserere cogebatur. Sic Fischerus silentio eam ejecit, alii, qui culpam pertimescebant, per explicationem vim grammaticarum regularum tentaverunt, ad anacoluthon, quasi ad portum valde exoptatum vela dederunt et in negligentiam quandam quotidiani sermonis hilari vultu conspexerunt. Sic Engelhardtus affirmare non moratur, ab initio non fuisse in animo Platonis utrumque verbum *τάξει* et *ταχθῆι* infercire sententiae, postquam autem *τάξει* scripserit, eum illud *ταχθῆι* activo *τάξει* opponere satius duxisse, quod signo quodam, particula *ἢ*, notaverit, deinde vero ad constructionem inchoatam rediisse. Stallbaumius, ne grammaticae regulae pereant, corrigendo mederi vult et pro *ἢ ὑπ' ἄρχοντος ταχθῆι* parva mutatione participium *κελευσθεῖς* verborum connexui obtrudit. Ex hoc genere conformandi conjicere licet, Stallbaumium verbo *τάσσειν* duplicem adjudicasse significationem et post *ταχθεῖς* sive *κελευσθεῖς* cogitasse: *ἐαυτὸν τάσσειν*. Sic anaculutho omnem offensionem extorsisse sibi videtur. Ista vero Engelhardti explicatio indicare vult, Platonem anacoluthon scripsisse, quod hyperbato simile sit, quamobrem non obnititur vocum transgressionem.

Particula *ἢ* loco minime accommodato invenitur in Xen. Cyr. I. 6. 22: *οὐκ ἔστιν ἔφη, ὦ παῖ, συντομωτέρα δδὸς περὶ ὧν βούλει δοκεῖν φρόνιμος εἶναι, ἢ τὸ γενέσθαι περὶ τούτων φρόνιμος*; sed Graecorum studium relativum praemittendi demonstrativo (cf. Xen. Mem. I. 2. 19, 2. 21, Cyr. I. 2. 13), quod Platoni et Xenophonti commune est, effecit, ut particula *ἢ* hanc sibi elegerit sedem. Attamen hoc *ἢ* non idem est, quod apud Platonem loco citato adhibetur. Ut significatione neglecta Xenophontis collocandi genus in Platonis locum transferamus, tamen non minus erit, quod desideremus. Periculi faciendi causa majore elocutione circumscribamus illam rem simplicem: *ἐνταῦθα δεῖ (τινά) μένοντα κινδυνεύειν ἢ ἐνταῦθα, οὐδ' ἄν τις τάξει ἡγησάμενος βέλτιον εἶναι ἢ ἐνταῦθα, οὐδ' ὑπὸ ἄρχοντες ταχθῆι*. Si igitur demonstrativum postponitur relativo, idque simul cum verbo initium totius periodi sibi assumit, revera particula *ἢ* ante *ἡγησάμενος*

locum captat, sed praeterquam quod vox maxime necessaria deest, nimia arte illa circumscriptio ficta esse videtur. \*)

Quamobrem equidem cum omnibus illis expoliendi modis infeliciter tentatis prorsus dissentio, ideoque primum interrogo: cur Plato mediam verbi formam evitans scripsit: *ἑαυτὸν τάξῃ*? deinde: quid notioni *ὑπὲρ ἄρχοντος* opponitur? Nonne quaedam notio deficit? Num oppositio, id quod postulamus, vocabulis *τὶς ἑαυτὸν* et *ὑπὲρ ἄρχοντος* plane exhausta est? Primae quaestioni quisque responsum reddet: forma media exprimit quidem: sich stellen, sed non: sich selbst stellen, quam notionem hoc alioque loco activa forma sola sibi arrogat. Alteram quaestionem quisque denegabit et pronominis *αὐτός* desiderio certe tenebitur. Ex quo sequitur, ut is, qui audit, quique legit, quum primo loco mediam formam nec videat neque audiat, revera pronomem *αὐτός* apud animum intelligat, et tametsi verba *τὶς ἑαυτὸν τάξῃ* illud pronomem excisum non admodum requirunt, tamen activa forma modo laudata eum impellet, ut post conjunctionem eam orationis partem animo amplectatur, quae sequens participium *ἡγησάμενος*, ut ita dicam, bajulat. Et ego aegre fero, quod deest pronomem *αὐτός*, nam alioque voce hoc loco pronunciatum nostrum „selbst“, qua nunc sonat, ut ex ejus sede colligo, particula *ἢ*, attamen, si negligentia permittitur, hanc sine dubio praefero illi gratae negligentiae quotidiani sermonis, quae Engelhardto placet, nam pronomem *αὐτός* interdum pronomine reflexivo verbum aliquod comitante deficere solet. (cf. Krügeri gram. gr. II. 51. 14.) Vertamus igitur: Wohin man sich stellt entweder selbst, in der Meinung, daß es besser sei, oder wohin man von einer Obrigkeit gestellt wird, da muß man bleiben. \*\*)

9. Plat. Apol. 29. C. — 30. C. *ὥστε οὐδ' εἰ... οὐδ' εἰ μέλλω πολλάκις τερνάναι.*

Turbatione quadam hunc locum laborare, id quod multis in opinionem venit, equidem perspicere non possum, quin imo verborum constructio apta est et quasi rotunda. Incipit cum conjunctione *ὥστε*, cui verbum deest. Idem defectus nobis observatur sub fine totius sententiarum complexus 30. B, ubi legimus: *ὥς ἐμοῦ οὐκ ἂν ποιήσοντος ἄλλα*, et hic ad dictionem *ἔχεις τὴν γνώμην* (cf. Xen. Cyr. I. 6. 11) mente capessendam propensi sumus, quo fit, ut verbum conjunctioni *ὥστε* in promptu sit. Eodem modo priori *οὐδὲ* sub fine septimi decimi capituli alterum *οὐδὲ* accommodatum est, quocum *εἰ μέλλω πολλάκις τερνάναι* non aliter conjunctum est atque ab initio enunciatio conditionalis: *εἰ μὴ ὑμεῖς ἐφίεστε*, quae indicativum requirit et habet et opposita est sequenti jam memoratae conditioni. Hae orationis partes totum aliquod efficiunt. Quae his interseruntur, in aliud corpus redacta sunt, ita ut apodosis *εἴποιμι ἂν* et ea, quae sequuntur, cum conditione *εἰ οὐκ ἂν με ἐπὶ τούτοις ἀφίεστε* conveniant. Illa conditionalis propositio *εἰ με ὑμεῖς ἀφίεστε* etiam locum dat interrogationi: quomodo id fieri potest? cui statim respondetur: si Anyto rejectis

\*) Quintilianii transgressionem subditum est Platonis *ἢ* Phaedon. 106 A. sed generis paululum diversi: *ἄλλο τι τὰ τρία ἢ ἀνώλεθρα ἂν ἦν*; pro *ἄλλο τι ἢ τὰ τρία ἀνώλεθρα ἂν ἦν*; Quocum comparentur ea, quae Stallbaumius de particula *ὥς* ad Plat. Protag. 337. dicit.

\*\*) Non leviter accusabor, quod detractio, quam vulgo ellipsin vocare solemus, latiore, in quem excurrat, campum tribuerim, at nullies supplementis recte adiectis et sententiarum et constructionum reficiendarum nobis comparemus facultatem. Quod in Platonis Symposio 207. D legitur: *ἐπεὶ καὶ ἐν ᾧ ἐν ἑκάστον τῶν ζώων ζῆν καλεῖται καὶ εἶναι τὸ αὐτὸ, οἷον ἐκ παιδαγίου ὃ αὐτὸς λέγεται, ἕως ἂν πρεσβύτης γένηται οὗτος κ. τ. λ.* quum sese ad grammaticam normam dirigere nolit, stomachum editorum non mediocriter movit, de qua re te certiore reddent ea, quae Stallbaumius ad hunc locum notavit. Sed verborum ordo aptus nobisque probatus erit his fere supplementis: *ἐπεὶ καὶ ἐν ᾧ ἐν ἑκάστον τῶν ζώων ζῆν καλεῖται (ἐν τούτῳ) καὶ εἶναι τὸ αὐτὸ (καλεῖται)* demum damit, daß man von jedem einzelnen Lebenden ausspricht: es lebt, spricht man auch aus, daß es dasselbe, d. h. unverändert sei (denn der Tod bringt erst eine Veränderung in das Leben).

omnibus accusationibus fidem denegatis. Quid illud ἐπὶ τούτοις itidem conditionaliter pronunciatum significet, praecedens conditio satis declarat, quae ipsa cum prima parte primariae enunciationis per πρὸς ταῦτα societatem habet. Hoc πρὸς ταῦτα in ambitu verborum sub fine repetitur, quae re itidem ad eandem primam partem rejicimur. Ambo membra primariae enunciationis distinentur descriptione, qua depingitur, qualis vitae lex Socrati a deo sit data, quae quamvis satis superque antea formis conditionalibus sit explanata, tamen, ut maxima cum vi oculis etiam in enunciatione primaria obversetur, per imperativos eorum verborum iteratur, quae primas partes in praecedentibus conditionibus egerunt: πείθεσθε et ἀφίετε, conjunctione καὶ omissa, quae, si adesset, dictionem: ἔχετε τὴν γνώμην, quam non raro scriptores missam faciunt, (cf. Xen. Cyr. VI. 1. 40. Plat. Charm. 176. B) praecedentibus adjungeret. Illud καὶ denique ideo repulsam tulit, quia illa ipsa dictio: ἔχετε τὴν γνώμην, desideratur, et illi imperativi loco enunciationum disjunctivarum per εἰάν τε — εἰάν τε copulatarum adhibentur. Quae quum ita sint, haec longa sententiarum continuatio Platone philosopho non est indigna. Quod nostrates ejusmodi continuationes non amant, reddere nequeunt, id interpretibus e. g. Engelhardto non jus dat, sine ulla cunctatione confirmandi, verborum connexum esse interruptum. Pariter Wolfio obsistemus, qui voces πρὸς ταῦτα alio modo explicat, easque cum φάειν ἄν conjungit.

10. Plat. Apol. 36. B. C. ἀλλ' ἀμελήσας — ἐνταῦθα οὐκ ἦα, ἐπὶ δὲ τὸ ἰδίᾳ ἕκαστον ἰὼν εὐεργετεῖν τὴν μεγίστην εὐεργεσίαν, ἐνταῦθα ἦα.

Quod hoc loco animum offendit, id paucis explodi solet, ita ut participium ἰὼν per redundantiam quandam dictum esse comprobetur, quod fecerunt Stallbaumius et Elberlingius. Engelhardus idem facit iudicium, praeterea adverbium ἐνταῦθα quoque redundare et ex parallelismi studio emanasse putat. Quem aequum ordinem, parallelismum, etsi profiteamur, tamen participio ἰὼν oblitterato non acquiescemus, neque nihil interesse arbitramur, utrum ἦα ἐπὶ τὸ εὐεργετεῖν scribatur, quod Engelhardus vult, an ordo servetur, quem Platonem adamasse videmus. Ἐπὶ τὸ ἕκαστον εὐεργετεῖν minime ex ἦα sed revera ex ἰὼν suspensum est. Sunt enim opposita: ἐνταῦθα οὐκ ἦα et ἐνταῦθα ἦα, porro ἀμελήσας, ὡςπερ οἱ πολλοὶ (intel. ἐπιμελοῦνται) χρηματισμοῦ κ. τ. λ. et ἰὼν ἐπὶ τὸ ἰδίᾳ ἕκαστον εὐεργετεῖν, quamobrem sic locum in vernaculam transferimus: weil ich vernachlässigte, wofür die Menge sorgt, das Reichwerden u. s. w., so ging ich nicht darnach aus, sondern weil ich mich ansichtigte, d. h. strebte (ἰὼν enim participio ἀμελήσας contrarium est) jedem die größte Wohlthat zu erzeugen, so ging ich darnach aus. Qua re adducimur, ut pro ἰὼν aliud participium speremus, si illi eam notionem obtruserim, quam excutiat. Sed simile quod ei inest, ut ex Plat. Theaetet. 180. C. ἄπερ ἦα ἐρῶν conjiciendi jus atque auctoritatem habemus. Tantundem valet verbum ἔρχομαι (cf. Breit. ad Xen. Ages. 2. 7). Illud verbum non solum cum participii futuro sed etiam cum infinitivi futuro et aoristo (cf. Hom. Od. 14. 496) coagmentatum invenitur; quidni cum infinitivi praesente? Praesens pro futuro alias quoque non rarum est (cf. Krügeri gram. II. 53. 1. b), quam temporum permutationem hoc loco ratione verisimili excusat notio futuri, quae participio ἰὼν est innata aegre ex animo delenda.

11. Plat. Menex. 237. B. C. Τῆς δὲ εὐγενείας — κοσμουμένη.

In hoc capite duae voces explicatione indigent: ἔπηλυσ et κείσθαι. Ἐπηλυσ, cujus originem quin ab ἐπὶ λυθᾶ cum Timaeo recte ducamus, vix in dubitationem vocare possumus, et adjectivi et substantivi more usurpatur. Hoc loco adjectivi munere fungitur. Cur Plato ejus cum γένεσις praetulerit contentum, Engelhardus in eo reperisse sibi finxit, quod constructionem quasi rotundam facere vellet, quum sequentia participia ad nominativum facilius sese applicarent. Equidem potius ab eorum partibus sto, qui causam figurae, quam hypallagen nominamus, colorem totius orationis poeticum esse certissimis argumentis (e. g. 238. A: ἐλαίου γένεσιν, πόνων ἀρωγὴν) evincunt.

In infinitivo *κεῖσθαι* Stallbaumius indagat anacoluthon, quod iterum corrigit mutando infinitivum *κεῖσθαι* participio *κείμενος* suspenso ex *ἀποφραμένη*. Ab Engelhardto probatur quidem haec interpretatio, tamen ea participia, quae cum *ἀποφραμένη* vinculo quodam continentur, in infinitivos transferre mavult, ut conjunctionem *ὥστε* interserendi facultas sibi detur. Equidem infinitivum *κεῖσθαι* solum consecutivum, qui poetarum more sine *ὥστε* praeenti sententiae applicatur, nominare (cf. Plat. Protag. 320. D. 329. B.) et conjunctioni *καὶ* significationem „auch“ vindicare in animo habeo. \*) Participium *τροφομένους* simul cum iis orationis partibus, quae cum eo unum quasi corpus formant, praecedentibus participiis subtexendum et infinitivus illigandus est verbis: *καὶ τῶ ὄντι ἐν πατρίδι οἰκοῦντας καὶ ζῶντας*, ita ut *κεῖσθαι τελευτήσαντας* et *οἰκοῦντας καὶ ζῶντας* pari conditione fruuntur, et cetera infinitivi attributa iis notionibus, quae antea participii *τροφομένους* comites erant, respondeant.

12. Plat. Menex. 243. πολλοὶ μὲν ἀμφὶ Σικελίαν πλεῖστα τροπαια στήσαντες ἔπερ τῆς Λεοντίνων ἐλευθερίας, οἷς βοηθοῦντες διὰ τοὺς ὄρκους ἐπλευσαν εἰς ἐκείνους τοὺς τόπους, διὰ δὲ μῆκος τοῦ πλοῦ εἰς ἀπορίαν τῆς πόλεως καταστάσης καὶ οὐ δυναμένης αὐτοῖς ὑπηρετεῖν, τούτῳ ἀπειπόντες ἐδυστύχησαν, ὧν οἱ ἐχθροὶ καὶ προσπολεμήσαντες πλείω ἐπαινον ἔχουσι σωφροσύνης καὶ ἀρετῆς ἢ τῶν ἄλλων οἱ φίλοι· πολλοὶ δ' ἐν ταῖς ναυμαχίαις ταῖς κατ' Ἑλλήσποντον κ. τ. λ.

Verba, quibus hic locus inchoatur, brevi in conspectu posita sunt et facilia intellectu, nam adjectivo *πολλοὶ μὲν*, ad quem ex praecurrente sententia *ἐνθάδε κένται* subaudiendum est, respondet *πολλοὶ δέ*, in qua voce nullas habemus difficultates, si *τροπαια στήσαντες* aut *τελευτήσαντες* et *ἐνθάδε κένται* animo adjicimus. Facile quoque, quae interposita sunt, compositionis membra detegunt, nam cum participio *βοηθοῦντες*, cui particula *μὲν* animo addenda est, aptissime convenit *διὰ δέ*. Pronomine *τούτῳ* ad eandem sententiam, quam praepositio *διὰ* incipit, reducitur, ita ut *βοηθοῦντες ἐπλευσαν* et *ἀπειπόντες ἐδυστύχησαν* per pronomem relativum adjectivo *πολλοὶ μὲν* ejusque verbo sese acclinent. Quamvis complexui verborum nihil desit, quin eorum ambitus argute arteque sit circumscriptus, tamen ad eum accedit enunciatio relativa: *ὧν οἱ ἐχθροὶ κ. τ. λ.* quae viros fortissimos in Sicilia defunctos laude celebrare videtur. Quid ergo pronomem *ὧν* sibi vult? Stallbaumius ad adjectivum *πολλοὶ μὲν* refert, genitivum igitur subjectivum habet suffultum substantivo *οἱ ἐχθροὶ* et participium *προσπολεμήσαντες*, de quo tacet, ut Schleiermacherus idem, quod *οἱ ἐχθροὶ*, declarare et alterum subjectum esse judicare videtur. At quid orator pronunciat? Num hostes laude effert? Negat Stallbaumius, itaque hac explicatione rejecta sese ad genitivum *Λεοντίνων* confert, sed ne ab hoc quidem benigne accipitur: Messanae incolae laudare non vult, ne iterum hostes laudibus ornet. Ergo Stallbaumio nihil aliud restat, quam ut hoc enunciatum tanquam ab aliena manu insertum prorsus exterminet.

Etiam Engelhardtus Stallbaumii sententiam probat et pronomem *ὧν* et adjectivum *οἱ πολλοὶ* affinitate quadam conjungit. Genitivum *τῶν ἄλλων*, quem Stallbaumius de hominibus in universum dictum esse cum Schleiermachero sentire videtur, nominatim de iis, qui ad Arginusas insulas mortem occubuerunt, pronunciatum esse interpretatur.

\*) Eodem modo locum Plat. Menex. 249. B: *καὶ ἅμα οἰωνοῦ χάριν ἄρχεσθαι* commodiorem reddere mihi placet supplendo *ὥστε*, nec, ut Stallbaumius, iterum *διδούσα* attrahenti, nec cum Engelhardto *ἀναμεινῆσκουσα* aut *κελεύουσα* desideranti.

Etiam Xen. Mem. III. 9. 4. *ἀλλὰ τὸν τὰ μὲν καλὰ τε καὶ ἀγαθὰ γινώσκοντα χρῆσθαι αὐτοῖς καὶ τὸν τὰ αἰσχρὰ εἰδότες εὐλαβεῖσθαι σοφὸν τε καὶ σώφρονα ἔχρινεν*, qui locus propter infinitivos et solitariam *μὲν* commentatores multis aerumnis affecit, subaudiendo *ὥστε*, quae sit vera ratio, facillime quasi manibus comprehendemus.

Quae dicta igitur missa faciamus et experiamur, qua ratione genitivus ὧν omnium consensu servari possit. Primum animadvertendum est, verba ὧν οἱ ἐχθροὶ cum τῶν ἄλλων οἱ φίλοι conjunctione ἢ comparari; deinde quaeritur, neutrumne sit ὧν, quum numerus pluralis non raro singularem rem denotet (cf. 244. D. ταῦτ' ἐπικρατιον referendum ad καταδουλοῦσθαι τοὺς ἄλλους), isque intelligi possit de fortuna adversa, cui succubuerunt, qui pro libertate in Sicilia armis dimicabant. Cetera quidem, ut paulo infra videbimus, huic explicandi modo non oppugnant, tamen τῶν ἄλλων neutrum esse, quod comparatio postulat, omni re, qua notioni succurramus, destituti vix stabilire poterimus. Itaque ὧν masculinum esse posthac nunquam denegabimus. Hic genitivus, in quo nitatur, habet, genitivos scilicet σωφροσύνης et ἀρετῆς et, ut jam diximus, nos delegare vult ad eos, qui Siculis suppetias tulerant. Genitivi autem σωφροσύνης et ἀρετῆς objectum sunt substantivi ἐπαινον et ἔχουσι significat nostrum „wissen," nam etiam nostrates hoc aliquo modo „Vob wissen" dici patiuntur. Idem jam Engelhardtus monet, qui illam dictionem cum χάριν ἔχειν comparat, quod nostra sententia nihil insoliti habet praesertim in poetarum carminibus. Relativo ὧν similis est genitivus τῶν ἄλλων et cum σωφροσύνης καὶ ἀρετῆς idem habet commercium. Itaque haec sit translatio: für deren Besonnenheit und Tapferkeit ihre Feinde und Gegner mehr Vob wissen, als für die der Anderen ihre (nämlich der Andern) Freunde. Τῶν ἄλλων igitur lectores non ad ea allegat, quae antea dicta sunt, neque in memoriam revocat Siciliae incolas, id quod Schleiermacher placet, sed novum quoddam addit, quo sententiarum ordo ne minima quidem ex parte turbatur, si, quod Engelhardtus vult, demonstrari potest, illos viros, qui patriam reliquerant, ut pro libertate Siculorum mortem obire non recusarent, illis claris virtutibus enituisse. Attamen tota oratio utique in laudibus versatur, neque orator serviliter haeret in veritate, neque eam ad vivum resecat. Una verborum collocatio de usitata mirum in modum deflectit, quam poetico totius orationis colore excusatum esse patiemur. Reliquum est, ut pauca dicamus de participio καὶ προσπολεμήσαντες. Si evolvamus Krügeri gram. gr. §. 56. 13. 2. et cum illo Platonis loco comparemus Xen. Oec. 14. 7. „καὶ φιλοζερωδῆς ὄντες" facile eo adducimur, ut veritatem: selbst nachdem sie gegen sie gekämpft haben (und sie im Kampfe besiegt haben und als Sieger, sie, wie es oft den Besiegten widerfährt, hätten tadeln können), quo fit, ut aoristus jus suum obtineat.

Haec quum jam conscripsissem, in conspectum mihi venit Krebsii de hoc loco tractatus, qui Gymnasii nomine Weilburgii 1841 editus est, cum quo viro docto me consentire de iis, quae ad rem maxime pertinent, ex illo libello cognovi.

13. Plat. Menex. 243. B. C. Ὡς τε τολμήσαι τῷ ἐχθίστῳ ἐπικηροκλεύσασθαι βασιλεῖ, ὃν κοινῇ ἐξέβαλον μεθ' ἡμῶν, ἰδίᾳ τοῦτον πάλιν ἐπάγεσθαι, βαρβαρον ἐφ' Ἑλληνας καὶ ξυναθροῖσαι ἐπὶ τὴν πόλιν πάντας Ἑλληνάς τε καὶ βαρβάρους, οὗ δὴ καὶ ἐκφάνης ἐγένετο ἡ τῆς πόλεως δῶμη τε καὶ ἀρετή. οἰομένων γὰρ ἤδη αὐτὴν καταπεπολεμησθαι καὶ ἀπειλημμένων ἐν Μυτιλήνῃ τῶν νεῶν, βοηθήσαντες ἐξήκοντα ναυσὶν, αὐτοὶ ἐμβάντες εἰς τὰς ναῦς, καὶ ἄνδρες γενόμενοι ὁμολογουμένως ἄριστοι, νικήσαντες μὲν τοὺς πολεμίους, λυσάμενοι δὲ τοὺς φίλους, ἀναξίου τύχης τυχόντες, οὐκ ἀναιρεθέντες ἐκ τῆς θαλάττης κείνται ἐνθάδε.

In enunciatione demonstrativa: τοῦτον πάλιν ἐπάγεσθαι, Engelhardtus iterum constructionis defectum videt, infinitivum ἐπάγεσθαι abundare putat, verborum ambitum enunciatione relativa: ὃν κοινῇ ἐξέβαλον μεθ' ἡμῶν finire vult et novum verbum non aliter nisi forma participiali praecedentibus applicari posse arbitratur. Stallbaumius cum eo consentit, sed verbum ἐπάγεσθαι ei ingratum est et constructionem κατὰ σύνεσιν verborum ordini intrudere sese parat. Quam explanationem me non intelligere sine ulla cunctatione profiteor. Verbum ἐπικηροκλεύσασθαι absolute positum esse significareque „durch Gesandte unterhandeln," infinitivum ἐπάγεσθαι cum ὥστε τολμήσαι conjungendum esse, enunciationem relativam non cum substantivo βασιλεῖ sed cum sequente

pronomine τοῦτον cohaerere et Platonem tertium infinitivum ξιναθροῖσαι cum τολμήσαι con- sociandum fortasse ideo non ἀσινδέτως, ut secundum, addidisse, quia appositio βάρβαρον ἐφ' Ἑλληνας inserta est,\*) penitus mihi persuasi. Sequens οὐδ' ad tempus refero, quia sententia continuata rerum gestarum mentionem facit, quae certo tempore antea jam constituto definiuntur. Tandem neque cum Stallbaumio facio, qui actiones primarias participiis, actionem secundariam verbo κεῖνται expressam esse affirmat, neque, ut Wesselingius, negativum οὐδ', nec κενὰς κλίνας, nec oxymoron ullum ineptum, nec glossema cogitatione complector, sed sententiae: sic liegen nicht, aus dem Meere genommen, hier, contrarium: sondern im Meere dort et transfero: denn in der Zeit, als sie (die Feinde) glaubten, daß sie schon niedergekämpft sei, und die Schiffe in Mytilene eingeschlossen waren, eilten sie zu Hilfe, und da sie selbst auf die Schiffe stiegen und sich nach einstimmigem Urtheil tapfer bewährten, besiegten sie zwar die Feinde und befreiten die Freunde, aber weil sie ein unwürdiges Geschieß traf, liegen sie nicht, aus dem Meere gehoben, hier (sondern im Meere dort). Haec magna participiorum cumulatio non insolita orationis particulis sic temperata est, ut sensus non obcoecetur, si λισάμενοι et τυχόντες, id quod rerum circuitus requirit, oppositione quadam distineri videmus (cf. Krüg. gram. gr. 56. 13. 1., Xen. Mem. I. 1. 18., Plat. Phaedon. 70. A.) Conjunctio γὰρ ab initio posita, cujus est, robor et virtutem civium (ἡ τῆς πόλεως ἡρώμη τε καὶ ἀρετή) argumentari, hac necessitate nondum est liberata, sed paulo post duae sequuntur enunciaciones, cum conjunctione γὰρ instructae, quorum alterum ἀρετήν, alterum ἡρώμην argumentis firmat. Hoc laxum solumque enunciatorum asserendorum genus, quod poetarum fere consuetudinem excedit, ex ubertata quadam cogitatorum repetendum est. Haec enim totum aliquod, sententia μηδ' ἐπὶ πάντων ἀνθρώπων et iterato verbo καταπολεμηθῆναι conclusum, efficiendi facultatem auctori abripuerunt. (cf. Plat. Gorg. 471. B, 494. C.)

14. Plat. Charm. 173. E. Ἄλλὰ περὶ τινῶν ἐπιστημόνως ζώντων σὺ δοκεῖς μοι ἀφορίζεσθαι τὸν εὐδαιμόνα.

Stallbaumius ad hunc locum Heindorfium, virum doctissimum, vituperat, quod: τὸν εὐδαιμόνα ἀφορίζεσθαι, vocibus: ἀφορισάμενος χρῆσθαι τῆ τοῦ εὐδαιμόνου ὀνόματι, circumscibat, et quod hoc loquendi circuitu per motus praepositionem περὶ cum ἀφορίζεσθαι et non cum ἐπιστημόνως conjungat. At verbum ἀφορίζεσθαι significationem ab Heindorfio probatam revera habet, ut videre licet ex Platonis Soph. 240. C. Itaque injuste facit Stallbaumius, quum illam significationem hic locus non aspernetur, neque ex illis graecis verbis, quibus usus est Heindorfius, ut accuratius sententiam rescripserit, conjecturam capere licet, eum praepositionem περὶ verbo ἀφορίζεσθαι adjunxisse, nisi vertisset: „non de omnibus recte mihi videris felicis nomen usurpare, sed de certo quodam scienter viventium genere seorsum“ quod a graecis verbis discrepat, nam adverbium seorsum usurpans verbo ἀφορίζεσθαι separandi notionem injicit, quam Stallbaumius quoque huic loco importat, ob eamque rem vertens verbis utitur „sejungere et discernere,“ quibus addit, „ab iis (intelligi vult ἐπιστημόνως ζώντας antea exempli causa nominatos) quum quarundam rerum scientiam habeant.“ Sed quomodo defendere vult illud „ab iis?“ Num genitivus ζώντων ex ἀφορίζεσθαι suspensus est? Quod si esset, articulus desideraretur, quia jam nominati sunt ii, ad quos referri possit. Et ponamus, articulum omissum nos non offendere, quod non certi, sed omnes in universum εὐδαιμόνως ζῶντες animo comprehendantur, tamen qui fieri possit, ut simul participium conjunctione „quum“ circumscribi patiamur, quod si permitteremus, pronomen ἐκείνων locum reliquisse fas esse duceremus. — Schleiermacherus legit ζῶντα, significationem ab Heindorfio circumscribendo designatam tenet, et alterum accusativum circumspectat, quem per argutorem quandam, qui prae ceteris sibi sapere videretur, quum τινῶν masculinum esse opinaretur, evanuisse putat. Et ego accusativum requiro, eamque ob causam indefinitum τινὰ excidisse et animo supplendum esse judico, quocum genitivum partitivum ζώντων conjungo ideoque

\*) Non secundo sed tertio tantum loco καὶ legitur Plat. Criton. 54. C.

verto: aber (sondern? cf. Plat. Phaedon. 82. C.) als einen von solchen, welche mit gewissen Dingen bekannt leben, scheinst Du mir den Glücklichen zu erklären. (Meinst Du vielleicht den Seher?).

15. Plat. Phaedon. 81. A. ὅσπερ δὲ λέγεται κατὰ τῶν μεμνημένων, ὡς ἀληθῶς τὸν λοιπὸν χρόνον μετὰ τῶν θεῶν διάγουσα.

Nominativus *διάγουσα* omni tempore interpretibus multa attulit negotia, ita ut Heindorfius postremum, etsi eum nullus tuetur codex, dativum *διαγούση* in textum recipere in animum induxerit. Stallbaumius animadvertit quidem neglectas grammaticae regulas, tamen de hoc peccato scriptorem excusat, dicens, Graecos saepe sententiae formam condonasse; mutatione si opus sit, dativo se praeferre accusativum *διάγουσαν*, qui cum verbo *ἔξεστι*, ut ad Plat. Rempl. IX. 556. demonstrat, anacoluthi modo, nisi duarum constructionum conjunctionem malimus, coire solet. Sed in hac correctura praesidium sibi quaerere utique deprecatur, et alias enim is ipse casus, nominativus, ut hoc loco, anacolutha patitur. Quo constituto constructionem ad legem revocat et: *οἱ ἀφικομένη ὑπάρχει αὐτῇ εὐδαιμόνι εἶναι* transformat in: *οἱ ἀφικομένη εὐδαιμόνι ἔσται*. Sub fine hujus notae rationem habere largitur verborum: *οὕτω μὲν ἔχουσα ἀπέρχεται*, sed semper anacolutho praepeditur, quod dativi interjecti jure suo decedere cogantur. Equidem ejus partes non sequor, anacoluthonque rejicio, sed potius miror, quod conjunctio *δέ*, quae relativum *ὅσπερ* comitatur, antecedenti *οὕτω μὲν* accommodatum est, et ad verbum *ἀπέρχεται* mittit, interpretibus non fuit curae. Haec periodi membra non longa verborum serie distinentur, sed tantum uno relativo enunciato, quod deficiente *μὲν* participium *διάγουσα* in *διαγούση* corrigendi nullam dat ansam. Fingamus hanc particulam *μὲν* prioris membri post *εἰάν* posito *μὲν* ex parallelismo esse adjectam, quod verbis: *οὕτω μὲν ἔχουσα*, prius membrum tantum iteretur, tamen mox sequens *εἰάν δὲ* nos refutabit, et eo magis istam explicandi viam deseremus, si reputamus, verba *οὕτω ἔχουσα* illud quidem spectare, sed particulam *μὲν* hoc officio cessare neque vices conjunctionis *δὴ* subire, cf. 81. C. Nonne sententia poscit, ut cum relativo ea, quae concludunt verborum circuitum, in unum conferamus? At qua re invitamur? Vita cum diis, de qua in sequentibus agitur, nova est res, quae enunciationem primariam dilatat.

Hanc si verborum comprobemus cohaerentiam, non ultra *διαγούση* pro *διάγουσα* legere volemus, sed potius subaudiemus verbum auxiliare. Cum hoc loco conferas: Xen. Anab. III. 3. 2: *καὶ ἐνθάδε εἰμι σὺν πολλῷ φόβῳ διάγων*. IV. 1. 3: *ἔστιν οὕτως ἔχων*. II. 2. 13: *ἦν δυναμένη*. II. 7. 14: *εἰμι σώζων*. Oec. 7. 21: *ἂ τῶν στεγνῶν ἔργα δεόμενά ἐστι*. Porro Oec. 9. 3. et Plat. Euthyph. 5. E. Symp. 204. C. 216. E. Verbum auxiliare desideratur: Plat. Phaedon. 82. A: *ὄντες*. 16. 100. D: *ἢ ὅτι χροῶμα εὐανθές ἔχον*. Euthyphr. 5. D: *ἔχον μίαν τιὰν ἰδέαν*. Eandem sententiam sequi videtur Schleiermacherus, qui vertit: „und lebt dann, wie es bei den Eingeweihten heißt, wahrhaft die übrige Zeit mit Gott.“ (cf. Stallb. ad Plat. Prot. 495. C.).

16. Plat. Phaedon. 82. B. *Εἰς δὲ γε θεῶν γένος μὴ φιλοσοφήσαντι καὶ παντελῶς καθαρῷ ἀπιόντι οὐ θέμις ἀφικνεῖσθαι ἄλλῃ ἢ τῷ φιλομαθεῖ*.

Etiam si lectionem *ἄλλῃ ἢ τῷ φιλομαθεῖ* rectam esse nobis persuaderi patiamur, quod et omnes codices consentiant et conjecturae factae parum sufficiant, tamen non usque quaque assentiamur oportet Stallbaumio, qui dictionem *ἢ τῷ φιλομαθεῖ* epexegesis vocat, et quum nihil aliud sit ac repetitio ejusdem notionis, hanc tautologiam scriptori indulget, quod paulo infra notionum participio *φιλοσοφήσαντι* contrariarum aequae magna adsit copia. At haec interpretatio Platone est indigna, nam is primum *φιλοσοφήσαντι* explicationis causa adjectivo *φιλομαθεῖ* addere non potuit, quum ambae notiones ad intelligendum aequae sint faciles, aequae sint difficiles, et apud Platonem ipsum, id quod locus a Stallbaumio citatus demonstrat, ejusdem sint ponderis idemque polleant. Deinde si quae notio reperienda erat, hic philosophus, si quisquam alius, erat idoneus, qui manifestiorem atque evidentiorem ex verborum copia eligeret. Equidem hoc modo rem expedio. Plato, quum in oratione usque ad verbum

*ἀφικνεῖσθαι* processisset, jamjam sententiae negativae insistere potuisset, sed sequens sententia positivum subjectum circumspicit, quod mox sese appropinquat formam induens: *οἱ δὲ θεῶς φιλοσοφοῦντες*. Quamobrem ad hoc viam eo sibi aperit, quod forma quidem decurtata, negatione-que rescissa sed constructione servata illam negativam sententiam repetit. Cum negativa dictione: *μὴ φιλοσοφήσαντι*, quacum dativus *καὶ (μὴ) παντελῶς καθαροῦ ἀπιόντι* conjunctus est, positiva dictio *τῷ φιλομαθεῖ* illam societatem init, quam saepe in Homeri carminibus observamus, qui eandem rem et negativo et positivo modo perspicuitatis causa sexcentis locis uno tenore pronunciat. Verba *οὐ θέμις* pertinent et ad *μὴ φιλοσοφήσαντι* et ad *ἄλλῳ*, quamobrem nos ex nostro loquendi modo ante *ἄλλῳ* negativum desideramus, quo non magis opus est, quam repetito *μὴ* ante *ἀπιόντι*. Itaque verte: In das Geschlecht der Götter ist einem, der nicht philosophirt und (nicht) ganz rein abgegangen ist, nicht vergönnt zu gelangen (d. h. es ist nicht vergönnt [einem Andern] dahin zu gelangen) als dem Vernbegierigen. Ergo sine ulla offensione post „gelangen“ transferre pergere possumus, das heißt: einem Andern als dem Vernbegierigen, si apud animum intelligamus: ist es nicht erlaubt, dahin zu kommen. Quocum artissimo vinculo continentur, quae de recte philosophantibus mox dicuntur, quibuscum paulo post, ut Stallbaumius probe admonet, ii comparantur, qui philosophiam negligunt. Spero etiam magis rem factum iri perspicuam, si hisce ei succurram. Duplici modo id, quod Plato sentiebat, exprimi licitum est. Potuit enim dici:

1. *εἰς δὲ γε θεῶν γένος μὴ φιλοσοφήσαντι οὐ θέμις ἀφικνεῖσθαι,*

2. *οὐ θέμις ἀφικνεῖσθαι ἄλλῳ ἢ τῷ φιλομαθεῖ (εἰς θεῶν γένος).*

Hos ambos significandi modos hoc loco conjunctos videmus, ita ut inde a verbo *ἀφικνεῖσθαι* Plato juxta dicere pergat, ac si nullus praecesserit dativus, sive perspicuitas ad dativum praeceuntem recurri jubeat, qui quum idem esse non velit, alius esse non potest, quam qui ejusdem est significationis aut eandem habet vim. Hanc ob rem notio et negatur et affirmatur. Sententia igitur, ut ita dicam, negative dicta ad terminum quendam procedit, et positive dicta redit ad eundem locum, unde exierat.

#### 17. Plat. Phaedon. 86. *ἐπειδὴν οὐδὲν — πρώτην ἀπόλλυσθαι.*

Hunc verborum complexum in partes dissecare libet. Ad sententiam conditionalem *εἴ τις διασχυρίζοιτο* pertinet apodosis *ὅρα οὐδὲν*. Enunciatio, quae illi praecedit, a conjunctione *ἐπειδὴν* incipit et per particulam *οὐδὲν* cum praecedentibus cohaeret, et tametsi extra indirectam constructionem posita est, et conjunctivum modum sibi annectit, tamen paret verbis: *ὡς ἀνάγκη εἶτι εἶναι*. Per *οὐδὲμία γὰρ μηχανῇ ἂν εἴη* oratio obliqua: *καὶ μὴ ἀπολωλέναι*, optativa forma producitur usque ad verbum *παθεῖν*. Hoc orationis membrum, quod modo enunciata explicat, in duas partes est divisum, quarum altera ab *οὐδὲμία μηχανῇ ἂν εἴη*, altera ab *ἀλλὰ φαίη ὡς ἀνάγκη* initium capit. Haec ea continet, quae ex Socratis dicto, si verum esset, sequerentur: harmoniam enim alicubi esse lyrae ligno et chordis jam ruptis, ita ut dilucidius repetat, quod explicandum est; nam contraria sententia, quae praecedit, hanc repetitionem postulare videtur. Altera pars, ut jam dixi, quod illi contrarium est, comprehendit, quod oculis quasi cerni potest: lyra enim et chordae quidem existunt, sed harmoniam existere demonstrari non potest. Hoc is concludendo non asseverare potest, qui Socratis sententiam veram esse contendit, quum potius, qui Socratis dictum stabilire velit, illud alterum ratiocinari debeat. Verba: *ἀλλὰ φαίη ὡς ἀνάγκη* (sc. *εἴη*) cum licentia non vituperanda usurpata sunt pro: *ἀλλὰ ἀνάγκη εἴη, φαίη ἂν*, nam *εἰ*, quam conjunctionem Stallbaumius supplere vult, sine dubio a Platone non omissum esset, praesertim quum verbum *διασχυρίζοιτο* tum animo mutandum esset in *ἀροῖτο*. Particula *ἂν* deesse non potest, (conditioni enim subintelligendae respondet), quae si non deletur, facile ad *ἀλλὰ φαίη* mente renovari potest. Verba tandem: *καὶ γὰρ οὐδὲν* usque ad *κατασαπῆ*, quae apodosin: *ὅρα οὐδὲν*, rationibus confirmant, per particulam *οὐδὲν* praecedentibus agglutinata, consulto priorem locum arripuerunt. Socrates hoc loco solutiorem verborum collocationem sibi sumpsit, quia rem tractabat, quae omnibus discipulis satis erat nota, animae nimirum cum harmonia comparationem, quam ob rem quaestioni, quae

a verbis ὄρα οὖν incipit, ea omnia praemittit, quae ad rem recte capessendam idonea esse videntur. Quum Schleiermacher neglecta periodi structura summam solam reddiderit, equidem versionem transformo hoc modo:

Wenn nun (οὖν aus ελεῖδ' οὖν) jemand mit demselben Grunde, wie du, behaupten würde, daß, wenn man entweder die Lyra zerbricht, oder die Saiten zerschneidet, nothwendig noch jene Harmonie bestehe und nicht untergegangen sei (denn daß, wenn auch die Saiten zerrissen seien, die Lyra zwar und die dem Sterblichen ähnlichen Saiten bestehen, die dem Göttlichen und Unsterblichen gleich gestaltete und verwandte Harmonie aber, weil sie früher als das Sterbliche untergehe, untergegangen sei, dürfte keine Möglichkeit [zu behaupten] sein) (nämlich, wenn man deinen Satz als richtig annimmt), sondern es sei, würde er (man) sagen eine Nothwendigkeit (nämlich aus deinem Satze zu folgern), daß noch irgend wo die Harmonie bestehe, und daß das Holz und die Saiten eher verfaulen werden, als jener etwas widerführe): was, siehe zu, werden wir nun auf diese Neben sagen, wenn jemand behauptet, daß die Seele, welche eine Mischung sei der im Körper vorhandenen Dinge, bei dem sogenannten Tode zuerst untergehe; denn ich glaube, daß auch du selbst dies bedacht hast, daß wir uns die Seele als so etwas vorzüglich vorstellen, nämlich, daß, weil unser Körper in Spannung und von dem Warmen, Kalten, Trocknen, Nassen und dergleichen zusammengehalten sei, unsere Seele eine Mischung und Harmonie von diesem sei, wenn sich dies schön und im rechten Maaße mit einander vermischt hat u. s. w.

Verba πρότερον τοῦ θνητοῦ ἀπολομένην ex industria non reddidi vocibus a Schleiermachero usurpatis: „und zwar früher als das Sterbliche.“ Participio ἀπολομένην deficiente iste sensus quidem evadit, nunc autem illud participium, ut ea, quae antecedunt, aliquid significat, quod Socratis iudicio probato causa esse non potest, qua demonstratur harmoniae interitus.

18. Plat. Phaedon. 96. D. ὄμην γὰρ ἔγωγε ἰκανῶς μοι δοκεῖν, ὁπότε τις φαίνοιτο ἄνθρωπος παραστάς μέγας μικροῦ μείζων εἶναι αὐτῇ τῇ κεφαλῇ καὶ ἵππος ἵππου.

Schleiermacher vertit: Ich glaubte genug daran zu haben, wenn ein Mensch neben einem andern kleinern stehend groß schien, daß er um einen Kopf größer wäre und so auch ein Pferd neben dem andern. Ex qua translatione conspicitur, Schleiermacherum adjectivum μέγας praedicali loco cum φαίνοιτο connexuisse, ut sensum evidentiorum redderet „einem Andern,“ quod non adest, in textum recepit et locum adjectivi μέγας ante μικροῦ positi neglexisse. Deinde μείζων ei praedicatum est infinitivi εἶναι suspensum ex verbis ὄμην δοκεῖν, quae, quum subjecta sint diversa, accusativum requirere videntur; porro ad αὐτῇ τῇ, quod αὐτοῦ τῇ emendatur, non animum advertit et pro ἵππου legit ἵππῳ. Ego verto: Ich glaubte die ausreichende Meinung zu haben, daß wenn ein Mensch, ein großer neben einem kleinen stehend, größer erscheint (als der kleinere) er es (nämlich größer) nur vermöge des Kopfes sei, auch wenn ein Pferd größer als ein anderes erscheint (auch ein Pferd verglichen mit einem andern). Adjectivum μείζων unam tantum extensionem longitudinis significare velle mihi videtur et hoc loco, et paulo infra, ubi Simmiae et Platonis magnitudo cum Socratis magnitudine comparatur additis verbis: αὐτῇ τῇ κεφαλῇ ad denotandam eam corporis partem, quae maxime eminet. (cf. 100 E.) Verba ἵππος ἵππου, quam lectionem solam approbo, et non dativum ἵππῳ, non explico supplendo participio παραστάς, sed loco enunciationis secundariae posita esse sentio hujusmodi: καὶ ὁπότε ἵππος φαίνοιτο μείζων ἵππου,\*) apodosin, εἶναι αὐτῇ τῇ κεφαλῇ, subaudiens.\*\*\*) Ex quo videri potest, correcturam αὐτοῦ non esse

\*) Antea res comparata desideratur.

\*\*) Et recte explicasse mihi videor, quum equorum longitudinem metientes a planitie, in qua posteriores eorum pedes versantur, incipiamus, ut homines longitudine comparantes ab una eademque planitie exordimur.

necessariam. Pronomini *αὐτῆ* tandem eandem significationem impertio, quam Krüger. gram. gr. II. 51. 7. laudat, ita ut veritam: nur vermöge des Kopfes i. e. durch nichts Anderes als den Kopf, cujus rei reuera aliam esse causam loco supra citato demonstratur.

19. Plat. Phaedon. 102. D. ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν ἡμῖν μέγεθος — ἐν τούτῳ τῷ παθήματι.

Primo intuitu hic locus nonnullas obscuritates habere videtur, quamobrem ejus interpretes in diversas partes discedunt, et aliud alio modo enodant. Non loquendi ratio difficultates affert, sed res ipsa. Socrates postquam de sua discipulorumque magnitudine locutus est, et sibi videri dixit ipsam magnitudinem nullo unquam modo velle simul magnam et parvam esse, his verbis pergit: ὑπομένον δὲ καὶ δεξιόμενον τὴν μικρότητα οὐκ ἐθέλειν εἶναι ἕτερον ἢ ὅπερ ἦν. Haec enunciatio non cum infinitivis φεύγειν et ἀπολαλέναι appositionis loco verbis: δνοῖν τὸ ἕτερον, additis consocianda est (nam haec sententia infinitivo modo nominato finitur, et tertium aliquid addendi absumit facultatem, quod clarius perspicere licet ex iis, quae postea de parvitate dicuntur) sed potius assumpta conjunctione δὲ cum verbis „οὐδ' ἐθέλειν ὑπερέχουθαι,“ e verbo φαίνεται suspensis societatem inii, novamque rem in medium fert. Principatum in hac enunciatione obtinent verba „οὐκ ἐθέλειν ἕτερον εἶναι,“ quae quidem iis, quae praeceunt, jam indicata sed nondum notionibus comprehensa sunt. Hoc primum ex eo conijcere licet, quod Socrates paulo post de se ipso praedicans (sed parvitatem, non magnitudinem, de qua sola antea sermo fuit, sibi adscribit) nullam aliam rem, quam „ἕτερον εἶναι ἢ ὅπερ ἦν“ curare et parvitatem (μικρότητα), de qua postea demum agitur, hoc loco postponere cogitur. Deinde sub fine verborum circuitus hoc novum additamentum „ἕτερον ὃν ὅπερ ἦν“ primas partes agit. Enunciationem „ἐκεῖνο δὲ οὐ τετόλμηκε μέγα ὃν μικρὸν εἶναι“ ab enunciatio cum ὡςπερ ἐγὼ incipiente plerique editores parvo, Schleiermacher maximo distinctionis signo separat, quo nempe indicetur, ei cum comparatione nullum esse commercium; at tum minime aptus ei assignatus est locus. Num iis, quae de magnitudine dicta sunt, finem imponere volunt interpretes? at ubi est particula conclusionem indicans? An necesse esse ducunt, quum aliquid de parvitate interseruerit Socrates, quod ad hunc locum, qui de magnitudine agit, non quadrat, iterum revocari rem, de qua dicenda fuit, magnitudinem? nam fortasse ita aptissime verba ὡς δ' αὖτως contrario viam patefacere arbitrantur. Sed equidem magis ad Heindorfium proclino, et post εἰμὲ parva distinctione utor, ita ut particula μὲν post ἐγὼ subaudita cum solitario δὲ congruat, et parvitas quasi praetereundo memorata in (ἐκεῖνο i. e. μέγεθος) magnitudine antithesin nanciscatur, et omnia usque ad μικρὸν εἶναι de magnitudine dicta sint, quibus deinde omnia de parvitate (μικρότης) relata ex parallelismo et e regione constituuntur. Et quid de parvitate ratum est?

1. parvum nunquam vult magnum fieri vel esse,
2. parvum non manere vult, quod fuit, nec simul contrarium fieri et esse,
3. in hoc casu aut discedit aut interit parvum.

Cui ex parallelo oppōnamus ea, quae de magnitudine dicuntur:

1. Magnitudo nunquam parvum recipere vult nec superari,
2. magnitudo vel fugit vel interit, si contrarium, parvum, accedit,
3. magnitudo parvitatem non sustinere vult et simul manere, quod fuit „quemadmodum ego recipiens ac sustinens parvitatem idemque manens, qui sum, parvus sum, illa vero neutiquam sustinet, quum magna sit, parvam se esse.“

Ex hac membrorum dispositione elucet, in ea parte, quae de magnitudine agit, alteram sententiam cum tertia locum commutasse et ad tertiam sententiam exemplum allatum esse, quod in altera parte, quae de parvitate agit, desideratur.

20. Xen. Mem. II. 2. 5. ἡ δὲ γυνὴ ὑποδεξαμένη τε φέρει τὸ φορτίον τοῦτο βαρυνομένη τε καὶ κινδυνεύουσα περὶ τοῦ βίου καὶ μεταδιδούσα τῆς τροφῆς ἧς καὶ αὐτὴ τρέφεται καὶ σὺν πολλῇ πόνῳ διενέγκασα καὶ τεκοῦσα τρέφει τε καὶ ἐπιμελεῖται, οὔτε προσπεπονθυῖα οὐδὲν ἀγαθόν, οὔτε γιγνώσκον τὸ βρέφος εἴφ' ὅτου εἰ πάσχει, οὐδὲ σημαίνειν δυνάμενον, ὅτου δεῖται, ἀλλ' αὐτὴ στοχαζομένη τὰ συμφέροντα πειρᾶται ἐκπληροῦν.

Genitivus ἧς ex optimis codicibus in textum receptus et dativo ἧ, quem nonnulli codices habent, praelatus est. Interpretes igitur attractionem suspicantur, quae, ut notum est, tum raro adhibetur, quum enunciatio relativa genitivum, rarius, quum dativum pronominis quaerit. Quamobrem in promptu est alius explicandi modus, ad quem eligendum significatio participii μεταδιδούσα incitat. Saepe enim propter Graecorum breviloquentiam ex passiva verbi forma activam et vice versa ex activa passivam elicere cogimur; cur igitur hoc loco cunctamur, ex illo participio significationem verbi μετέχειν repetere, genitivoque ἧς adsociare, qua re de numero rariorum assimilationum unum saltem exemplum decerpamus.

Verba „οὔτε γιγνώσκον τὸ βρέφος, εἴφ' ὅτου εἰ πάσχει οὐδὲ σημαίνειν δυνάμενον“ vario modo explicata sunt. Wannowskiius, ut ex Kühneri nota videri licet, nominativum absolutum his verbis inesse putat, alii ad τρέφει, alii ad τρέφει τε καὶ ἐπιμελεῖται, quibus verbis unitis transitivam notionem comminiscuntur, nos rejiciunt. Sed a Kühnero refutati sunt, qui ipse grammaticae regulas servans genitivos absolutos: γιγνώσκοντος — δυναμένου requirit, participium πειρωμένη indicativo πειρᾶται praefert et oratoriam concinnitatem desertae constructionis causam esse coarguit. Equidem etiam hoc loco ad ellipsin confugio et ex participio προπεπονθυῖα notionem sentiendi expromo, quae post οὔτε inserta constructionem ad regulas reducit, hoc modo: noch fñhst, daß die Weibeshfrucht es weiß, wer ihr wohlthut, da sie nicht einmal anzeigen kann, wessen sie bedarf. Quamobrem nec Schneideri correctura οὔτε opus est nec Kühneri particulae οὐδὲ versione „und nicht.“ Verbum πειρᾶται, quod Kühnerus in πειρωμένη mutare vult, non cum προπεπονθυῖα sed cum καὶ ἐπιμελεῖται conjunctum est, quod in aperto erit, si particulam καὶ in locum conjunctionis ἀλλὰ supponamus, quae hic repulsam tulit, quum προπεπονθυῖα ἂ στοχαζομένη oppositione quadam separata conjunctionem adversativam ἀλλὰ arcessiverit. Ceterum cumulatio ejusdem generis participiorum (στοχαζομένη καὶ πειρωμένη) neque auribus nostris neque animo placeret, quamobrem a Xenophonte repudiata est.

Locum, quem modo tractavimus, Kühnerus etiam ad Xen. Mem. II. 1. 30. laudat, ubi per transitum constructionis verbi finiti ad participium \*) explicare conatur participium ibi usurpatum μηχανωμένη. Nisi apud μηχανωμένη verbum auxiliare εἶ \*\*) subaudire velimus, mihi aptius esse videtur, enunciationes, quae cum ἵνα incipiunt, in unum conferre, ita ut μηχανωμένη et παρασκευάζη quasi communia sint membra harum sententiarum et παρασκευάζη post μηχανωμένη (cf. Xen. Mem. II. 6. 35: μηχανώμενος ἀποκάννεις) et μηχανωμένη post πολυτελεῖς excidisse (cf. Plat. Protag. 344 E. \*\*\*) aut quod idem est, participium μηχανωμένη duplex sibi assumis-

\*) Eundem constructionis transitum Stallbaumius deprehendit in Platonis Symposio 181. D, ubi infinitivi ἐρᾶν et οὐχίσεσθαι exiguntur a verbo παρασκευασμένοι εἶσι: sic sind eingetrichtet zu lieben, aber nicht wegzugehen. Participium ἀρχόμενοι infinitivo, cujus desiderio excruciaris, nudatum est, teque, ne desperes, ad iterandum infinitivum ἐρᾶν provocat.

\*\*) Secundam personam εἶ omitti, ostendere non possum. Sed desunt saepe formae verbi εἰμί, ut participium ὢν Xen. Mem. I. 4. 10. II. 6. 38. οὔση Oec. 3. 11. οὔσας Ages. 1. 37. ὄν Plat. Protag. 323. C. optativus εἶη Mem. I. 7. 3, 6. 12. futurum ἔσται Cyr. I. 4. 13. imperativus ἔστω Anab. III. 3. 14.

\*\*\*) Eodem modo quoque attractiones enunciatorum comparativorum, de quibus Kühnerus ad Xen. Mem. I. 2. 19. loquitur, magis perspicuas reddere possumus. Xenophon scribit: ὄρω γὰρ ὡς περὶ τὰ τοῦ σώματος ἔργα τοὺς μὴ τὰ σώματα ἀσκοῦντας οὐ δυνάμενους ποιεῖν (sc. ὄρω) οὔτω καὶ τὰ τῆς ψυχῆς

objectum arbitremur. Conjunctione *καί*, quam codicibus repugnantibus multi editores post *ἵνα* inserunt, facile carere possumus, quum ne §. 31 quidem eam desideremus, ubi antitheses majorem etiam in modum cumulatae sint.

Alter locus a Kühnero ex Xen. Mem. IV. 4. 1. huc collatus haud inexplicabilis erit, etsi non ad Kühneri anacoluthon, constructionisque transitum recurramus, nam particula *τέ* et primum *καί* conveniunt, quae, ut post adverbium *οὕτως* participium *ὄν* subaudiatur, postulat (cf. Xen. Cyr. I. 6. 23., VII. 2. 22., Mem. I. 5. 1., Ages. 1. 4 ibique Breitenb.). Sequens *καί*, quod locum habet ante *ὅτι*, significat „auch“ vel „fogar,“ et relativa particula *ὅτε* demonstrativum *τότε* suppleri jubet, cui addamus *διάδηλος ἐδτακτιῶν*. Particulae *καί ὅτε* quater §. 3 et §. 4 repetuntur, cum primo *καί ὅτε* solutiore vinculo conjunctae sunt et per se orbem verborum perfecte complent.

21. Xen. Mem. II. 5. 4. *καλῶς ἂν ἔχοι ἐξετάζειν τινὰ ἑαυτὸν, πόσου ἄρα τυγχάνει τοῖς φίλοις ἄξιός ὢν καὶ πειραῖσθαι, ὡς πλείστου ἄξιός εἶναι.*

Ut ex Kühneri editione videmus, Bornemannus, ut nominativum *ἄξιός* post *πειραῖσθαι* positum grammaticae regulis accommodet, a verbo subaudiendo *ἀναγκασθήσεται* auxilium petit, et Sauppium a subjecto, quod inest enunciato *καλῶς ἂν ἔχοι*, quae auxilia neque probans neque improbens Kühnerus ipse, quid de re sentiat, dicit, attractione quadam interrogativae enunciationis verba cum enunciato: *καλῶς ἂν ἔχοι* conjuncta formam sibi induisse illius interrogationis. Breitenbachius *βούλοιο ἂν*, quod supplet, sibi opitulari vult et ex pronomine *τινὰ* subjectum evellit. At supplementa longius sunt repetita et nulla hujus enunciationis voce fulciuntur. Quod Sauppium in verbis *καλῶς ἂν ἔχοι* quaerit, id revera adest, et quidem in accusativo cum infinitivo, *τινὰ ἐξετάζειν*, attamen non in eo casu, quem *ἄξιός εἶναι* quoque sibi comparare studet. Exempla Kühneri (vide gram. gr. §. 646. 2), quae hoc loco laudantur, non ejusdem generis sunt.

Equidem causam hujus constructionis, quae regulis grammaticae non consonat, detexisse mihi videor. Verba *καλῶς ἂν ἔχοι* et accusativus cum infinitivo nihil habent offensionis, sed insolentia infinitivi *πειραῖσθαι* movemur, quum mutata constructio, nominativus cum infinitivo, *ἄξιός εἶναι*, non ex analogia dicta sit, quam restituere possumus, si *πειραῖσθαι* pro *ὅτι πειραῖται* positum esse animo effingimus. Nam hae constructiones tam saepe partes suas mutant, ut nihil habeant insolentiae (cf. Plat. Symp. 207 B.), quamobrem nominativus *ἄξιός*, etsi regulis non adaptatus est, tamen ferri potest, praesertim quum mentes nostrae plus infixae sint genitivis *πόσου* et *ὡς πλείστου*, quam praedicato *ἄξιός*.

22. Xen. Mem. II. 9. 4. *οὐ γὰρ ἦν οἶος ἀπὸ παντὸς κερδαίνειν, ἀλλὰ φιλόχρηστός τε καὶ ἐδφνέστερος ὢν ἀπὸ τῶν συκοφαντῶν λαμβάνειν.*

*Εδφνέστερος ὢν* pro vulgari lectione: *ἔφη ἤϊστον εἶναι*, a plerisque editoribus receptum est. Num jure, nescio. Etiam haec lectio, ut ex Kühneri notis ad hunc locum videri licet, non omnium commovit applausum, nam nonnulli superlativum *ἐδφνέστατος* volunt, alii ambas lectiones in unam confundunt, alii ἢ *ὡς* pro *ὢν* corrigunt. Infinitivum *λαμβάνειν*, prout interpretes legunt, tum e *ἤϊστον εἶναι*, tum ex *οἶος* suspensum sibi fingunt. Schützius, qui ἢ *ὡς* legit, conjunctionem *ὡς* auctorem infinitivi *λαμβάνειν* nuncupat. Equidem negare non possum, mihi, ut Schützius, sub adjectivi *οἶος* imperio infinitivum *λαμβάνειν* non optime sese habere videri, attamen vulgaris lectio *τέ καὶ* difficultates obtexit, quas auferre non facile erit. Correctura fortasse eas e medio tollet,

